



Universitätsbibliothek Paderborn

Annus Cisterciensis

In quo Pia, Et Brevi Apostrophe proponuntur Veneranda, & Imitanda Gesta
præcipua, & eximiæ Virtutes Sanctorum ac Beatorum utriusque sexûs
Ejusdem Sacri, Et Ab Origine Sua Exempti Ordinis

Meglinder, Joseph

[S.I.], Anno MDCLXXXII.

12. Martij. 4. Idus.


urn:nbn:de:hbz:466:1-45295

178 ANNI CISTERCIENS.

tutum, quām doctrinæ famā inclytus,
ad sanctorum in cœlo consortium al-
sumptus es. Sonet ex ore tuo in auribus
Lectio
sacra.
meis vox illa cœlestis, quæ primo Legista-
tori tuo fuit conversionis initium & stimu-
lus: Tolle, lege. Legam nimurum cum
profecūs miore in dies incremento, san-
ctorum Historias: neque alio fine, quām
ut ex ijs legam, eligam, imò sternam mīhi
viam ad eorundem beatitudinem.

S. BERNARDUS, ser. 22. in Cant.

Histo-
riæ surt
hortus. Historiam ad hortum, puto, non im-
merito deputavi: quod in ea inveni-
antur viri virtutum, tanquam li-
gna fructifera in horto Sponsi, & in
paradiso Dei: de quorum bonis acti-
bus ac moribus, quot sumis exempla,
tot carpis poma.



12. Martij. 4. Idus.

Obiit
circa
annum
1380.

B. BERNARDE, monache Archi-
cœnobij Cisterciensis: quod mul-
tis annis tuorum operum sanctitate,
& strictissimâ traditionum paterna-
rum observantiâ, ut primævo spi-
itu

ritu ardens lucerna, illustrasti. Nec ar-
dere simul ac lucere desisti; donec au-
steritas, absumpto vitali calore, vitæ
mortalis lampadem extinxerit. *Stude-*
am & ego esse lucerna: ab ictiam opera te Opera
nebrarum, & induam arma lucis. Sint lucem
*cogitationes & opera mea ubique tali*z*, ut* non ti-
ea in publicum predici non formidem: me-
mor illius magnæ diei, qua coram Judice
Deo insima cordis arcana proferentur in
luecm.

B. G R E G O R I: qui in Asceterio
Villariensi tantopere solitudinem a-
mabas; ut ne oculos quidem extra me-
nia emitteres: multo minus cum ho-
mine sacerdotali colloquereris: ipsas de-
niq; cogitationes ita circumscripti,
ut rebus transitorijs nunquam occupa-
rentur. Prioris officio fungens, solo
exemplo usus es ad persuadendam tibi
commissis virtutem. Letali tandem
morbo correptus, in ipso agone læta-
bundus exclamasti: *Video salutem me-* Mors
am! Quæ verba fuere præsentis vitæ læta.
felicissimus finis, & initium futuræ. U-
tinam cor meum, & caro mea exultent in
Deum vivum! Tu, ô beate, averte oculos Chri-
meos, ne videant vanitatem: sed videam stus fo-
tantummodo salutem meam, id est, salva- lus præ
torem meum: hunc solum intuear, & per oculis *habed^o.*
eius sanctissima vestigia sequar.

180 ANNI CISTERCIENS.

S. BERNARDUS, ser. 21. in Cant.

Com-
pa-
tien-
dum est
conre-
gnare
volēti.
Quām pauci post te, Domine Iesu,
ire volunt! cūm tamen ad te perve-
nire, nemo sit, qui nolit. Hoc scien-
tibus cunctis: quia delectationes in
dextera tua usq; in finem. Et pro-
pterea volunt omnes te frui, at non
imitari: conregnare cupiunt, sed non
compati.



13. Martij. 3. Idus.

Passus
anno
1536.

B. GUILIELME Hadoc, monaste-
rij wallensis in Anglia virtuose af-
ceta: qui verè expertus es, Insulam il-
lam in ferocissimo fluctuare oceano:
dum ab hæreticis comprehensus, pri-
mò Syrenum, te lenocinijs pervertere
conantium cantus, inde tormento-
rum charybdes, fortissimè superasti.
Vices columnarum Herculis, Crux im-
plevit: in qua suspensus, & dilaniatus,
ostendisti, plus ultra tyrannidis sæviti-
am habere roboris, Patientiam Chri-
stianam. Sunt & mihi positæ duæ for-
midabiles Herculis columnæ: Mors, & Ju-
dicium: ab ora, ne ibi naufragium patiar.

B.